



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xxxij. De excommunicationibus ad clericos, de iure pertinentibus, quae
nulli reseruantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

mundana præfulgeant dignitate.

- 24 Hi omnes, si singulares personæ sint cuiuslibet Communitatis, Vniuersitatis, Collegij, aut Reipub. maiori excoïcationem ipso facto incurrit, & si in ipso confictu obicitur sepultura Ecclesiastica perpetuò priuuntur; Ciuitates vero Terræ, Oppida, vel Castra, & loca in quoru[m] territorijs id facinus scientibus, & tacuis, vel expresse permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut Magistratibus, vel Senatu, aut populo, admisso sunt, interdicto Ecclesiastico suppunctionis cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem, ab alio quam a Summo Pontifice pro tempore existente, penitentia, & satisfactione congrue peracta, nisi in mortis articulo constituti nequeant obtinere, est prætextu quaramvis facultatum, & indultorum quibusquis personis tam Ecclesiasticis cuiuscumque ordinis, aut Militia, status, gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præminentia insignitis, per Sedem Apostolicam in genere, vel in specie cœcesserit; Quæ cia quoad præmissa nemini suffragari possunt. Penit alius tam spiritualibus, quam temporalibus contra eos infictis nihilominus in suo robore permansoris.
- 25 Quæ Bulla tametsi nonnullis paulo durior, & rigidor viva sit, maximè cum nō solù de Duello publico, sed etiam de occulto trahet, si in criminis huius granitatem, & de testabili hunc Duellorum usum, fabricante Diabolo, introductum, & inuentum, vt ex cœnata corporu[m] morte animarū simul interitum, & pernoctem lucretur, consideremus: simulque etiam diligenter cogitemus, Duellum primitum nō minus cruentum, & animæ, & corpori noxiū esse, quam quod publicè perpetratur, sapienter admodum statutum esse prudens quisque; fatebitur, vt hoies, qui nimia indulgentia, & spe impunitatis, ac venia facilitate hactenus ad huiusmodi exitialia quedam, atq[ue] enormia delicta perpetranda procliuiores extiterunt, ea sublata, & praeculsa ab his abstineant, & caueant in futurum, dum se ab alio quam a Romano Pontifice pro tempore existente, excepto mortuis articulo, absolvi non posse intelligent. Neque enim tam rigida est hec constitutio, vt quidam arbitratur, cum, vt conitat non nisi personas, & actiones in ea expressas comprehendat, quæ ex condicione, & ad effectum committendi aut procurandi Duellum publicè, vel primitum, aut alia in Bulla contenta, sunt, & exercentur. Quia vero omnia & singula tam quoad personas, quam quoad actiones in ea expressas, satis ex tenore verborum Bullæ manifesta sunt, non est, quod in eius explicatione immoremur.

- 26 Decimauit a excommunicatione habetur in Conc. Trid. scilicet 2. de refor. c. i. i. [vbi excommunicantur omnes Clerici, vel laici, quacunque dignitate, etiam Imperiali, aut Regali, præfulgeant, qui alicuius Ecclesiæ, seu cuiusvis secularis, vel Regularis beneficii Montium Pietatis, aliorumq[ue] pitorum locorum Iurisdictions, bona, census, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quacunque obuentiones, qua in ministrorum, & pauperi necessitates cōverti debent, per se, vel alios, vi, vel timore, incusio, seu et per suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quoque quacunque colori in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumptent, seu impedit, ne ab ipsis, ad quos iure pertinet, percipiatur. Nec priusquam iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus quos occupauerint, vel qui ad eos quomodo cōquere, etiam ex donatione supposita personæ, peruererint, Ecclesiæ, eiusq[ue] administratori, siue beneficiario integrè restituuerint, absolvi debent, & tunc a solo Romano Pontifice absolutionem obtineant] vbi etiam aliae penæ appositi sunt.

De excommunicationibus ad clericos, de iure pertinentibus, quæ nulli referuntur. Cap. XXXII.

S V M M A R I V M .

- 1 Excommunicatione iuris quot casibus Episcopis reservetur.
2 Episcopus in locis, vbi sunt populi diuersarum linguarum,

3 rituua, elium prælatum sibi vicarium & subdilectum constitutere potest, & alter se ingredens, ipso iure excommunicatus est.

- 3 Cinitas, vel diocesis, in qua Græci, & Latini sunt, quæ regenda.
- 4 Electus in Summum Pontificem a paucioribus, quam duabus partibus Cardinalium, & electioni ita de se cœlesti assentient, excommunicatus est, & omnes tales pro Papa recipientes.
- 5 Sacerdotes, post monitionem, efficiunt Vicecomitum, et Propositi secularis, exercentes, excommunicantur.
- 6 [Sacerdotis] nomine an omnes in sacris existentes intelligi possint, & soleant.
- 7 Prelati, an Regnorum gubernatores, seu vicegerentes principes in seculari iurisdictione exercenda esse possint.
- 8 Archidiaconi, Decani, et alijs dignitatibus habentes, etiæ sacerdotes legem ciuilem, vel Medicinam andantes, excommunicationem quando incurvant.
- 9 Capellania perpetua reputatur dignitas.
- 10 Clerici personatum habentes quinam censendi.
- 11 Clerici Ecclesiistarum, & monachi Monasteriorum dandam operam, aut procurantes, vt quis ecclesia vacantes claustrum usurpet, excommunicationem incurvant.
- 12 Clerici Episcopis inferiores domos ad usuram extiendentes locantes, aut usurarios manifestos de terris suis vanpellentes, quando excommunicationem incurvant.
- 13 Clerici, qui terrarum, seu castrorum domini sunt, alienigenas publicè frumentum pecuniam in terris suis exercentes, permittant, excommunicationem incurvant.
- 14 Alienigena quis propriæ censendus.
- 15 Oriundus dicitur is, qui ibi, vel in vico ciuitatis illustris ortus.
- 16 Usurarij manifesti, quinam censendi.
- 17 Usurarius, siue Christianus, siue Judeus sit, in terris, aut iuris, ad se fenus exercendum, non est permittendus.
- 18 Tempus trium mensium, intra quod Clerici e terris suis usurarios expellere tenentur, a publicatione currere incipiunt.
- 19 Ignorans aliquem usurarium, si domum ei locet, aut excommunicationem excusat.
- 20 Usurario domum ad habitandum locans, & non ad fenus exercendum, in excommunicationem non incidit.
- 21 Clerici in sacris matrimoniorum contrahentes excoïcationem incurvant, nec a talibus pretendit potest ignorancia.
- 22 Clerici, bona Ecclesiæ alienantes, vel ultra triennium bâcates, aut hypothecæ, aut feudo subiçentes, ipsi facti coicantur, et talis alienatio, et locatio nulla, et iuris nullus.
- 23 Episcopi, ac ipsis superiores ad Romanam Curiam venientes, & inde absque Romani Pontificis licentia discedentes, excommunicantur.
- 24 Episcopi, & eorum superiores ritum, aut habitum Regulatum permittentes, excommunicationem incurvant.

- 1 Post explicationem excoïcationis, que Summo Pontifici referuantur, de alijs itidem, quæ nulli reservatur, secundum est, vbi hoc unum ex Syli. in verb. exc. 8. in p[ro]p[ri]et. Mar. Led. in 2. 4. q. 26 ar. 2. pag. 58 col. 2. considerandum est, quod de iure in solis duobus casibus reserveratur excoïcatione Episcopo: Prior est, quando ipse fert excoïcationem in statuto perpetuo Synodali, & sibi absolutione referunt: Secundus est, Q[uod]niam absolutione est referuata Papa, & in causa eam episcopo ratione dignitatis concedit, quia eo causa nullus inferior se potest intrinsecere, nisi ei cocedatur, vel a iure, vt Abbat, vel ex priuilegio, vt praelatis Mendicantibus, ex commissione Papa, aut Et Episcopi, sicut simplici Sacerdoti. Excoïcatione autem quæ fertur in iure coi, & nulli refertur, relinquitur Ordinariijs absoluenda. Quas omnes vicarius explicemus, eas primum, quæ ad Clericos, & telegatos, deinde quæ ad laicos pertinent, asseremus.
- 2 Prima excommunicatione nulli reservata ad Clericos pertinet;

ribus habet ut in c. Quoniam de officio ordin. [vbi dicitur. Quid vbi in Cittate, vel Diocesis una populi sunt diuersarum linguarum, & rituum, Episcopus loci pro necessitate virgente, potest Catholicum Praesulem nationibus illos conformem sibi vicarium constitutere per omnia, sibi subiectum & obedientem; Qui vero aliter se ingesset ipso iure excommunicatus est.]

Causa huius materiae est usurpatio Praesulatus; Et quo ad personas est vniuersalis; quoad actiones vero ponit vnam, scilicet, aliter se ingerere, quam ex ordinatione Episcopi. Quem Canonem statuit Innoc. III. in Concilio Generali propter diuersitatem nationum in eadem Cittate vel diocesi, sepe enim contingit ut in eadem Cittate sint Greci, & Latini, quo casu procedendum est per Episcopum loci, ut hic dicitur. De hac excommunicatione agunt Summa Atenis par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 65. Angelica, verbo, excom. 7. casu 3. Anton. 3. par. iii. 25. c. 46. Sylvest. verb. excō. 9. nu. 7. Tertia, Tabiena, verb. excom. 5. casu 16. Caiet. verbo, excommunicatione, cap. 68. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 114. Tertia, & Sebastianus Medices, par. 2. Summa tit. 9. 9. 78. nu. 72.

Secunda excommunicatio, habetur in cap. licet de elect. [vbi excommunicatur ille qui electus a paucioribus quam a duabus partibus Cardinalium in Summu Pontificem, a sententi electioni de se factæ, & similiter omnes talem recipientes pro Summo Pontifice.]

Causa huius materiae vel est schisma, aut schismatis iniuriam, unde quamvis non sit reserata nisi habeat annexam herefam, aut schismam, quo casu reponitur in Bulla cœna Domini. Quia tamen plurima alia circa Summi Pontificis electionem a Iulio Papa II. in Extravag. sua 2. incip. cum tam diuino, & a Paulo Papa IV. in Extra. sua 38. que in C. Cum Secundis. & a Pio Papa IV. in Extr. sua 81. inci. In eligendis, ita utitur, illuc lectorem remittimus. De praedicta vero excommunicatio, capitul. licet. vide DD. ibi, & Asté sem. par. 2. lib. 7. tit. 2. casu 19. Angel. verbo, excom. 7. casu 2. Ant. 3. par. iii. 25. c. 48. & Sylvest. verb. excom. 9. §. Secunda. Tabiena, verbo excō. 5. casu. 4. num. 20. §. Decimonono. Caiet. verbo excommunicatio c. 9. & Nauar. in Manu. c. 27. nu. 114. vers. Secunda, & Sebastianum Medicem, p. 2. Summa tit. 9. 9. 78. nu. 66.

Tertia excommunicatio nulli reserata habetur in cap. Clericis. Ne clerici vel monachi. [vbi excommunicantur Sacerdotes, qui post monitionem, officium Vicecomitis, aut praepositi secularis habuerint.]

Causa huius materiae est sacrilegium, quo per indecēs officium Sacerdotio iniuriam facit ipse Sacerdos. Et Quod ad personas, folios Sacerdotes comprehendit; Actiones vero duos continent, una est, habere officium Vicecomitis aut praepositi seu prefecti secularis. Secunda est, post monitionem, non se emendare. Quæ duæ actiones simili in eo cōcurrente, ipsum excommunicatum reddunt. Circa quem Canonem notant Panorm. in d. capit. Clericis, nu. 8. & Angel. verbo, excommun. 7. casu 8. & Sylvest. verbo, excom. 9. num. 28. §. septima, vers. Primo in fine. Tabiena, verbo, excom. 5. casu 24. Quod nomine Sacerdotis includuntur omnes existentes in sacris, qui largo modo appellari possunt. Sacerdotes, argum. cap. 2. de cohab. Cler. & mulier. Quamvis enim Constitutio hæc penalis sit, & ideo restrigenda, habito tamen respectu, quod excommunicatio hec non sit latè sententia nisi post monitionem, & quia excommunicatio est magis medicinalis, quam pena, vt in capit. cum medicinalis, se sententia excomm. lib. 6. & quia Constitutio hoc ad decorum Ecclesiæ tendit, non debet verbum illud strictè sumi, argum. eorum quæ non. glos. in causa, sciant cuncta verbo alios, de elect. li. 6. Quorum expostio licet fari subtilis sit, minus tamen vera est, quandoquidem, vt rectius docent Caiet. in Summa verbo, excommunicatio, c. 76. & Henriquez lib. 14. de Irregularitate, cap. 5. num. 5. in annot. litera Q. sibi Sacerdotes, si moniti retinenter officium prefectori secularis, aut Vicecomitis, excommunicantur, vt verba textus fari manifestant. Siquidem Alexander Papa III. ibi duo statuit, unum contra omnes Clericos in sacris ordinibus constitutos, scilicet, ne iudicium sanguinis exercant; & contra facientes hac pena coercer, nimisrum,

ut honore, & loco, id est, ex globo, & Panor. officio, & beneficio priuenter. Alterum, contra Sacerdotes, scilicet, ne officium Vicecomitis, aut Praepositi secularis habeant hac aposta penam, vt si moniti non se emendent, excommunicatio subiaceant. Vnde, licet primus casus omnes existentes in sacris comprehendat, hic tamen secundus folios Sacerdotes includit, & penam diuersam continet, in penis autem stricta interpretatione facienda est, arg. c. odiu, de reg. iur. in 6. Nec obstat, quod in cap. 2. de cohab. Cleric. & mulier Sacerdotis nomine alij etiam in sacris constituti, scilicet, Diaconus, & Subdiaconus intelligantur, hoc enim ideo verum est, quia Eugenius Papa ita metem suam exposuit, dicens, Si quispiam Sacerdotum, id est, presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus. Quo etiam modo Stephanus Papa 15. q. 5. cap. 1. eum, quem principio capitul. Diaconum vocavit, in fine Sacerdotem appellat, quasi aliter ex uero nominis, & communis hominum intelligentia dicendum esset, nisi hi duo Pontifices se hoc modo nomen Sacerdotis acciperent, iisdem in locis explicarent. Vnde, cum Alexander Papa in casu primo, omnis in sacris constitutos intelligere se dicat, in secundo autem Sacerdotum tantum meminit, & ex verbis mens auctoris colligenda sit, dicendum consequenter est folios Sacerdotes in hac secunda parte Canonis excommunicari. Quam tamen excommunicationem, ut communiter tradunt Doctores, non incurunt clerici in minoribus, quicquid contrarium sentiat Innocen. apud Sylvest. vbi supra: quia isti cum possint ad seculum, redire, argum. c. Tuæ, de apostol. & c. Ioannes, de Cleric. coniug. & Clem. fin. de vita & honest. Cleric. exercendo ista seipsos deponunt, renunciando implicitè Clericatu; & his consentit Nau. in Manual. cap. 27. num. 117. §. septima. & eum sequitur Sebastianus Medices par. 2. titu. 9. quæst. 78. nu. 179.

Advertendum insuper est ex Panorm. in cap. sed nec, nu. 8. & c. in cap. Clericis, num. 10. Ne Clerici vel monachi, & Sylvest. & Tabiena, locis proximè citatis, & Caiet. verbo, excomm. cap. 76. & Bernardo Diaz in practica Crimin. Canon. capit. 56. & Nau. in Manual. capit. 27. nu. 117. vers. septima, & Simone Maiolo, lib. 2. de Irreg. c. 3. nu. 13. & capit. 5. num. 15. Clericis interdictum esse, ne possint esse Vicereges, vel Vicecomites, vel Locumtenentes Principum secularium, in Iurisdictione seculari exerceda, nec Gubernatores Regni, vel administratores prouincia, tanquam officiales Principum secularium, id quod Maiolus vbi supra, etiam Cardinalibus interdictum esse putat, & ciant d.c. sed nec, & d. capit. Clericis. Quod tamen intelligunt quando huiusmodi officium, seu Iurisdictione sit aduentitia persona; Nā si iurisdictione temporalis annexa sit, vel de novo annexetur Ecclesiæ dignitas, vt contingit in Episcopis, & alijs Prelatis habentibus utramque Iurisdictionem; iunc eam per se exercere poterunt, dummodo non infligant penam mortis, aut truncationem membrorum, ex Pan. in d. c. Clericis nu. 9. Sylvest. & Tabiena, vbi supra. Et idem dicendum est, si Iurisdictionem habeant iure proprio, puta ratione patrimonij: si quis enim Dominus temporaliis efficeretur Sacerdos, Episcopus, seu Prelatus, non propterea perdit dominium seculari, sed illud exercere potest, quæadmodum aliis Episcopos habens utramque Iurisdictionem. Addit autem Henriquez lib. 14. de Irreg. c. 5. nu. 5. in annot. lit. Q. passim in Hispania Episcopos fieri prærogates, aut Præsidens Senatus Reginj, quæ sanè officia, nec Episcopi illi, ut pote viri docti, & p. j. sufficierent, nec Rex Catholicus illis imponeret, nisi ea licite administrare posserent, accedente consensu Summi Pontificis, vnde hoc modo præfatos auctores, & intelligendos, & limitandos esse censerem, vt illis haec officia interdicta esse velint, nisi in illis administratis summi Pontificis adhuc assensus, qui pro sua auctoritate & prudentia huiusmodi officia illis inter dicere, eorum vsum & exercitium concedere potest. Vnum tamè est, quod ex communi omnium Doctoři sententia tanquam certum haberit debet, Clericos, Episcopos, vel Cardinales, Consiliarios Principum secularium esse posse circa prius Reipublicæ regim, & populorum in officio continendorum prouidentiam, id quod præter Panor. Syl. Tabiena. Diaz, Maiolum, & Henr. vbi supra, Baldus in Auth. Habita, C. Ne. fi-

lius pro parte. Dom. in c. fin. d. 3. Ioan. And. in d. c. Clericis, & Ioan. de Anania, in c. Ad audientiam, vers. Tertio queritur, de homic. testantur; Cauete tamen debent, ut praefati auctores monent, ne consulant in criminali causa etiam retum absoluendum, quando ex hoc imminaret actori pena mortis, vel mutilationis membra in pena talionis. Consulere quoque, ac leges condere sine metu irregularitatis poterunt, etiam in quibus pena mortis, & sanguinis impunitur, quando non imminet casus, propter quem efficitur lex, sed fit generaliter, licet postea casus occurrat, ut quis interficiatur, quia tunc Clericus consulens in certam personam non animaduertit, sed solum prouidet, ut homines a delicto se abstineant, v. Dom. Bernardus Diaz, Henriquez, & Maiolus vbi supra cap. 5. num. 16. pluribus tradunt.

8 Quarta excommunicatio nulli reseruata habetur in causa. Super specula, Ne clericis, vel monachis, vbi excommunicantur Archidiaconi, Decani, Plebani, Prepositi, Cantores, & alii Clerici Personatum, habentes, & omnes Sacerdotes audientes Leges, vel Physicam, id est, Medicinam, nisi infra spatium duorum mensium audire defiterint.]

9 Canons, huius materia est curiositas Legum ciuilium, & Medicinæ. Quoad personas, ligat Clericos seculares, aliquas quidem ratione ordinis, ut Sacerdotes, aliquos vero ratione beneficij, scilicet constitutos in dignitate Curata, vel non Curata, vnde Clerici seculares obtinentes beneficia, etiam si subdiaconi, modo non habeant dignitatem, vel personatum, non ligantur hoc Canone, nisi beneficia illa parochialis sint Piebanæ, habentes sub se Capellam, vel Capellas, in qua vel in quibus Capellis instituuntur Clerici perpetui, qui inde remoueri non possunt sine causa rationabili, ut declarauit Bonifacius Papa VII. in cap. statutum. *Ne Clerici vel monachi*, qui Capellania perpetua reputatur dignitas, ex glosa in d. cap. statutum, in verbo, Capellas in addit. Econtra vero Sacerdotes etiam beneficium non habentes; Item habentes dignitatem, vel Personatum, quamvis non habeant nisi minores ordines, eam incurrit, si audiant per duos menses, & hoc etiâ non egrediantur e suis terris, aut domibus, Clerici autem Personatum habentes, sunt Primitiarius, & Thesaurarius capit. Nostris de concessione, præbend. Cancellerius, c. vnico, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Praecantor, & Succentor, capit. inter dilectos, de excelsis, pta. Magister scholatum cap. Quanto, Ne prælati vices suas. Cutois, c. 1. & 3. de offic. custod. Sacrificia capit. 1. de offic. Sacrifici. Archipresbyter, cap. 1. 2. & 3. de offic. Archipresb. Et idem intellige de alijs personatibus qui secundum diuersas confuetudines habent diuersis in diuersis Ecclesijs. Et denique per Clericos Personatum habentes intelliguntur etiam illi, qui ex quadam prærogativa in Ecclesia honorificum statuunt habent, etiam sine iurisdictione, in cuius signum specificati sunt Cantores. At vero docendo has artes extra dominum suum, huius Canonis penam non incurrit. Quæ omnia colliguntur ex Panor. in d. cap. super speculæ. Summa Astensi par. 2. lib. 7. tit. 2. cap. 29. Ang. verbo, excom. 7. cap. 7. Anton. par. 3. tit. 2. c. 5. 2. Sylvest. verbo, excom. 9. b. 12. §. Sexta, & Tabiena, verbo, excom. 5. cap. 22. Caie. verbo, excommunicatio, cap. 50. & Na. in Man. c. 27. nu. 116. vers. Sexta.

11 Quinto excommunicatio nulli reseruata habetur in cap. Generali, de elec. lib. 6. [vbi excommunicantur Clerici Ecclesiistarum, & Monachi Monasteriorum, & ceteræ personæ earundem Ecclesiistarum, & locorum, dantes operam seu procurantes, ut quis Ecclesiæ vacantis custodiām usurpet. Immo Clerici, qui non opponunt, se talibus sicut debent, nihil recipere debent de prouentibus ipsarum Ecclesiistarum, siue locorum, pro tempore quo præmissa sine debita contradictione permiserint, / vt patet ibidem, de qua re plura dicemus cum de hoc Canone agemus, explicantes quando laici prædam incurront. Intelligitur autem hæc procuratio cum effectu subsecuto quoniam, ut accessoria ad tale facti punitur. Hanc excommunicationem explicant Summa Astensis, par. 2. cap. 53. Angel. verbo, exc. 7. cap. 15. vbi ait hanc procurationem facti opere, cōsilio,

persuasione, vel cooperatione, Ant. 3. par. 1. 2. 5. c. 18. §. verbo, excom. 9. num. 40. ver. Decima quarta, Tabiena, vbo, excom. 5. cap. 28. Caie. verbo, excommunicatio, cap. 38. Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 123. 5. Decima quarta, Sebsta. Medice part. 2. tit. 9. quæstione 78. numero 6. 4. Doctores, in dict. cap. Generali.

12 Sexta excommunicatio habetur in cap. vñiarum, etc. sur. lib. 6. [vbi excommunicantur Clerici minores Episcopis, in quatuor casibus; Primus est, si alienigenas, & ceteras non oriundos de terra ipsorum, publice fenebrem perniam exercentes, aut exercere volentes, permittant in terris suis, vel domus conductere, vel conductas habentes, alias habitare, ad hoc, id est, ad vñiarum exercendam. Secundus est, si huiusmodi vñiaros manifestos intromiscentes de terris suis non expellant, de cetero non adficiunt. Tertius est, Quod non locent, eisdem domos ad frumentum exercendum. Quartus est, Quod non concedant quocunquam alio titulo eisdem domum ad exercendum frumentum. Canonis huius materia est vñiaræ prauitatis formum; Et quoad personas est particularis, ligat enim solum Clericos minores Episcopis. Continet autem quatuor canonias: prima est, permittere; secunda est, non expellere; Tertia est, locare domos; Quarta est, quoconque alio titulo concedere domos ad vñiarum exercendam.

13 Circa quem Canonem Aduertendum est ex Paludis. 4. distinctione 18. quæstione 3. artic. 4. §. sequitur, verbo, Quartus fenerat. Summa Astensi part. 2. lib. 7. tit. 2. cap. 55. & 56. Angel. verbo, excom. 7. cap. 32. Am. par. 3. titu. 2. 5. c. 49. Sylvest. verbo, excom. 7. num. 60. 8. Tegesima prima. Tabiena, verbo excom. 5. cap. 3. & Caie. verbo, excommunicatio, c. 52. & Nau. in Man. c. 27. num. 136. §. Trigesima.

Primo Quod casum primum, & secundum solum incurrit Clerici qui sunt Domini terra, vnde dicitur in ita In terris suis. Siquidem tam permittere, quam expellere, illius tantum est, qui habet potestatem, & non singularis personæ casum vero tertium, & quartum quicunque Clericus Episcopo minor incurrit, siquidem tam locare, quam quouis alio titulo concedere domos ad frumentum singularis personæ esse potest.

14 Secundo per alienigenas hoc loco intelligi eos, qui sunt de terris illius dominij, ad cuius territorium se trahunt, ideo si vñiarus transfert se de una terra ad aliam eisdem dominij immediata, non habet locum hic Canon. Cum igitur Canon iste sit penalis non comprehendit in eo, qui vel eius pater est ortus in illo dominio; adeo, v. Ioannes natus Roma, filius Petri Perusini, non comprehenditur inter alienigenas respectu Perusij. Et Nota quod non est idem esse sub eodem Domino, & sub eodem dominio, quia aliquando sub eodem Domino sunt diuersi dominia, diuersorum titulorum, puta Regnum Aragonia, Granata, Portugallie, Neapolis, sub Rege Philippo III.

15 Tertio, Oriundus dicitur, qui ortus est ibi, vel in vicinitate illius, scilicet ad municipalium, qui ex vico, vel etiam si pater eius inde originem duxit, scilicet ad municipalium, & filius. Vnde constituit hoc non extundit ad vñiaros alienigenas, id est, inde genitos, quia non est tantum scandalum in istis, ac in illis, & quia minus scandalum est in expulsione alienigenarum, quam indegenarum; & quia magis confunduntur homines vereri inter suos exercere seipsum, quam inter extraneos, & ideo magis prouidendum fuit de alienigenarum quæ de indigenis.

16 Quartus, Vñiarij de quibus hic agitur, debent esse manifesti; scilicet, vel evidenter facti, ut cum vñiaris non tenuerint mensam paratam, ad pecuniam mutuandam cibis subvñiari, sicut mulier in prostrabilo cibis patet, qui notorius est de iure, ut pote conuictus, & condemnatus de vñiari, vel qui conuictus potest per argumenta, & alia administricas, vel qui confessus est coram testibus se vñiarum esse.

17 Quinto, satis est ad hanc penam incurrandam, quod vñiarus sit Christianus, vel Iudeus, ex Sylvest. Angel. & Tabiena cit. & Gemin. in d. c. vñiarum, & Nau. vñiarum, & Sebastiano Medice part. 2. Summa, titu. 9. quæst. 78. nu. 2. 1. 3. textus enim indistincte loquitur, & idem docent Cardan.

Cit. in Clem. 1. de vsl. & B. lib. in quodam consilio, quod incipit, Inter Iudeos, & est communis DD. et constat.

18 *Sexto*, Tempus trium mensium incipit currere a publicatione, ex glos. in d. c. vsluratum, in verbo tres menses, & Sylvestri vbi supra, § Tertio.

19 *Septimo*, ex glos. in d. c. vsluratum, in verbo, Ad fannus. Sylvestri. & Tabiena locis allatis, & Anton. vbi lupra, si locans ignorat ipsum esse vslurarium, probabilis ignorantia ipsum excusat, ex quo autem scit, debet illum expellere, quod verum est quando locauit ignoto, vel etiam coto, qui vsluras exercere non conseruit.

20 *Otavo*, Requiritur ad hanc pñnam incurriendam, vt locat ad exercendum fenus actualiter, vel virtualiter, & idem si alio quocunque titulo eiusdem concedat ad fenus exercendum, scilicet si titulo pignoris commodati, depositi, & huiusmodi, in quibus non transferrut dominum; & idem si donet, aut vendat ad hoc, id est, ad exercendum fenus, quia tales sunt tituli, ff. pro donat. C. de vslurap, pro donato, & pro empt. Nam verbum *Concedas* est verbum generale. Dixi. *Ad fenus exercendum*, quia non sufficit locare ad habitandum, licet in alia domo fenus exercear, quia textus dicit. *Ad fenus exercendum*, & constitutio est penalis, & consequenter restinguenda.

21 *Septima* excommunicatio habetur in Clemen. vnica, de contumacia & affinitate. [vbi Clerici in ordinibus Sacris constituti matrimonium contrahentes, excommunicantur.]

Causa huius materiae est Sacilegium matrimonium. Quoad personas est particularis cõpœcti. n. solo Clericos in Sacris constitutos. Quoad actiones vero vnam tantum repentit, scilicet, contrahere matrimonium Nec a talibus patendi potest ignorantia. Quamvis, vt notant glos. in d. Clem. in verbo, *contrahentes* & Astenis, par. 2. lib. 7. titu. 2. Cap. 8. & Sylvestri, verbo, excomm. 9. §. Quadragesima prima, verific. Nono vbi esset probabilis ignorantia, vt in ordinato ad Sacros in amentia, vel dormitione, etiam eo casu quo character imprimitur, vel intra pubertatem, non esset locushus penæ. De qua re plura DD. citati, & Angel. verbo, excomm. 7. cap. 41. Anton. 3. par. tit. 25. capir.

34 Tabiena verbo, excommun. 5. cap. 39. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 47. Nau. in Man. c. 27. nu. 141. §. Quadragesima. & Sebas. Medices par. 2. Summa titu. 9. quæst. 78. nu. 120. tradunt & nos in ista multa alia de laicis agentes adducemus.

22 *Octava* excommunicatio habetur in Extraugan. vnic.

Pauli Papa II. sub titulo, De rebus Eccles. non alien.

[vbi Clerici & religiosi, qui bona Ecclesia, vel alienant, vel v-

litra tñm, aut hypotheca, aut feudo, aut Emphyteusi

sibi suum, vbi ure non permittitur, priusquam quod ta-

lis alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, &

infusatio nullius sit momentum, tam alienates, quam res,

& bona prædicta recipientes, ipso factò excommunicatio

nem incurrit.]

Causa huius materiae, vt ait Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 75. est Sacilegium circa alienationem rei Ecclesie; Quoad personas continet quoad hanc excommunicationem penam Clericos, & religiosos: Actiones vero duas coinerit, scilicet locare, & locata recipere. Vbi Caiet. & Sebastianus Medices, in Summa par. 2. titu. 9. q. 78. nu. 8. notant tres casus licitos esse.

Primus est, locationis, & conductio, intra triennium.

Secundus est, Emphyteusis habens tres conditiones, sci-
sice in casibus iuste permisso; & de bonis solitis ab anti-
quo dati in Emphyteusis; & cum evidenti utilitate Ec-
clesie.

Tertius est, alienationis fructuum, qui seruando ser-
uationem possunt, vt sumentum, vinum, & huiusmo-
di, in his enim tribus non incurrit excommunicatio.
Addant autem Caiet. vbi supra, & Nauarr. in Manual.
Cap. viigesimo septimo, num. 149. §. Quinquagesima se-
cunda, & numero 150. Extraugan. hanc in paucis lo-
cis receptam, & consulenda est praxis; plura de hac a-
lienatione honorum Ecclesia statuit Concil. Trident. sess.

15 de reform. cap. 11. vbi statui inter alia, vt nulla loca-

tio valeat anticipatis solutionibus in prauidicium succes-
torum.

23 *Nonæ* excommunicatio habetur in Extrav. II. & Ex-
trav. III. Ioannis Papæ XXII. sub Rubrica de Maior. &
obed. vbi Episcopi, ipsiusuperiores ad Romanam Ciu-
tatem venientes si inde absque Romani Pontificis licentia
descessint, tam ipsi, quam illos receptantes excommuni-
cati sunt.

24 *Decima* excommunicatio habetur in Extraugan. San-
cta Romana. Ioannis Papæ XXI. sub titulo, De ieligi, do-
mib. [vbi excommunicantur Episcopi, & eorum superio-
res, & alij Praefati quicunque, si titum habitumue Fratricel-
lorum Bischorum, siue Beguinorum permittant.] Cuius
etiam meminerunt S. Anton. 3. par. tit. 25. c. 45. & Caiet. ver-
bo, excommunicatio, c. 5. & Sebastianus Medices part. 2.
Summa, tit. 9. q. 78. nu. 25.

De excommunicationibus ad Reli- gioſos in iure ſpectantibus, quæ nulli referuantur.

Cap. XXXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi omnes de clauſbris suis ad leges, aut Medicinam audiendam exeunte, quando excommunicationem incurrunt.
- 2 Religiosi in proprijs monasterijs leges, aut Physicam audientes, vel legentes, in excommunicationem non incidunt.
- 3 Religiosus exiens Monasterium causa honorandi amicum suum incipiens lecturam de legibus vel de Medicina, excommunicationem non incurrit.
- 4 Tempus non limitatum quod suum principium, tunc principium habere censetur, quando prohibita transgressio incipit.
- 5 Religionis nouæ habitum aſſumentes, aut ordinem nouum sine Papæ licentia adiuuenientes, excommunicati sunt.
- 6 Habitum nouum accipiens, vt per ſe ſolitarius, tanquam beremita, in domo sua, vel alio degat, excommunicationem non incurrit.
- 7 Religiosi habitum suum temere dimittentes, excommunicationem incurront.
- 8 Habitum dimiſſio temeraria ad boni viri arbitrium iudicari debet.
- 9 Habitum Religionis sua ex cauſa rationabili abſcondens, nec peccat, nec excommunicatus est.
- 10 Habitum sua Religionis ſine cauſa, vel ob cauſam malam abſcondens, excommunicationem non incurrit.
- 11 Habitum dimittens cum intentione cum non reaffumen- di quando peccet, & excommunicetur.
- 12 Habitum Monachos, etiam in lecto, & quoniam alio loco anne- xus eſſe debet.
- 13 Habitum ex iocofa leuitate ad horam dimittens, nec ex- communicationem incurrit, nec mortaliter peccare cen- ſetur.
- 14 Habitum dimittens, vt melius dormiat, aut quieteat, vel vt pulices querat, aut pifectur, in excommunicatinem non incidit.
- 15 Habitum dimittens cum intentione reaffundi ob cauſam illicitam, quando peccet, & excommunicationem in- currat.
- 16 Derelicta res eſſe non dicitur, niſi quando reaffumi non in- tenditur.
- 17 Transiens a ſua religione ad aliam, etiam illicite, habi- tum ſuæ religionis temere dimittere non censetur.

Z 2 Reli-